

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...
exhibens

Carpzov, Benedict

Wittebergae, 1670

Quaestio XLIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127726)

ex auro impuro & falso conflati, quorum illi tinctura aurea opus non habent; Hi verò ad decipiendos homines puro tingi auro queunt, ut appareant, quasi ex solido essent percussa auro.

47 Quicquid tamen sit, Jacob. Menoch. allentiri haud verè or. Et si enim Ulpiani responsum dict. l. 8. de nummis tantum aureis loquatur, attamen ad nummos quoq; argenteos illud extendi, suadet identitatis ratio, quæ idem juris dispositionem facit. Panormi. in c. p. quoniam frequenter. 5. n. 6. extr. ut lit. non cont. st. Bald. in l. quoniam intelligitur. 5. n. 4. ff. de his qui not. in sam. Præsertim, quia Ordin. crimin. dict. art. 111. generaliter de omni moneta, absque differentia aureorum vel argenteorum nummorum. concepta est, *scilicet verbis: Welcher der Münz ihre rechte schwere gesähelt. Der weis benimbt/der soll gefänglichen eingelegt vnd nach Rath am Leibe/ oder Gut/ nach gestalt der Sachen gestrafft werden.*

48 Veluti etiam hoc casu Roo cuidam fustigationis ac relegati in perpetua pœnam diciturimus h. i. c. formulibus: *Hac der verhaßte H. W. in guten belande vnd gestanden/ daber folgende stück. so er vffin Nachhauje des Orts an vorisener Steur erlegen wollen/ als 1. Dickerhaler/ 1. Reichshaler/ 1. Kopffstücken/ 2. E chreienberger beschnitten/ vnd sonst noch andere Stück mehr/ also daj er in die 15 Thaler besellet vnd geringert/ des abgesetzten Silbers werten 7 Loth g. welen/ darauff er ihm ein silbern Gürtel machen lassen wollen/ etc. So wird benimbtet H. W. wegen solcher seiner Verbrechen, als ein betrüglischer ringere vnd beschneidiger der Münze öffentlich bittlich zur Staupen geschlagen/ vnd d. h. Landes darauff ewig verwiesen D. R. W. Ad requisitionem Iudicis & Scabinorum Dresdensium M. Ianuar. An. 1630.*

49 Quarto denique falsificatur moneta ratione formæ, si quis grandiorē monetam reslaverit, & in fornacem coniectam resolverit, ut minorem efficiat. Quem itidem pœna arbitraria, vel corporis

afflictivâ vel multa pecuniaria, pro ratione delicti, puniri iubet Ordin. Crimin. dict. artic. 11. in fin. Wo aber irgend einer eines andern Münz vmbtrâget / oder wiederumb in Dtegel brâchtes vnd geringe Münze darauß machet/ der soll am Leibe oder Gut / nach gestalt der Sachen gestraffe werden/ ubi Matth. Steph. Ne scilicet moneta à Principe aliòve Statu Monetali formata, contra ipsius voluntatem amittatur, ac simul, haud absque præiudicio juris monetandi impetrati, eius memoria intereat. Quin & Magistratus in hoc consentiens, ex Carolina Sanctiōne jus sive privilegium cudendæ monete perdit, dict. artic. 11. in fin: So aber mit der Herrschafft willen vnd wissen das geschehe / so soll dieselbige Herrschafft ihre Münzfreiheit verwürck: vnd verlohren haben.

Eademq; de causa in Edicto monetario Ferdinandi I. Imp. resolutio monete, quæ à privatis fieri, & argentum postea alios ad usus transferri consueverat, sub pœna ignis fuit prohibita, in Recess August. de Anno 1559 §. wir ordnen & c. ubi Wir ordnen/ setzen vnd wollen auch ferner/ daj sich mähntlich hinsüro bey Straff des T. weis des granalterens/ kör. es sey gerns / in anderer dergleichen heitrieglicher/ nachtheiltiger Handlung vnd Fälschung aller alten vnd newer guten Münzen enthal en soll & c.

Quam pœnam, utpote nimis rigorosam, ante de seccinium seculo illo auro durante, edictioq; imper. Ferdinandi I. nec non alius legis monetalibus tum temporis in universo fere Imperio quiescentibus, Reis huius criminis dicitare nolimus. Quos tamen pro qualitate facti arg. circumstantiarum pœnâ relegati in fustigationis, vel in multa pecuniaria coercendos esse, pronunciamus nach Ets benwerda. M. Mart. Anno 1623.

QUÆSTIO XLIV.

De Crimine Hæreseos, ejusque pœna.

S Y M M A R I A.

- 1. Crimen læsæ majestatis duplex est.
- 2. Hæresios crimen gravissimū & atrocissimū est. n. 3.
- 4. Hæresis est pernax in articulis fidei error.
- 5. Solum error hæreticum non facit. n. 6.
- 7. Quisnam proprie dicitur hæreticus.
- 8. Gravitè est animadvertendum in hæreticos.
- 9. Magistratus politici incumbit cura Religionis & Sacrorum. n. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
- 10. Magistratus politicus Ecclesiasticam quoq; habet potestatem.
- 13. Magistratus politicus custos est utriusq; tabula.
- 18. Ex Constitutione Passav. ensi Principibus Evangelicis competunt jura Episcopalia.
- 19. Magistratus politicus hæreticos debet punire.
- 20. Num hæretici ultimo supplicio sint afficiend.
- 21. Affirmant hoc Pontifici. n. 22.
- 23. Laniena Parisiensis fuit crudelissima. n. 24. 25.
- 26. Facinora Ferdinandi Alvarez Ducis Albani.

- 27. Littera Adriani Pontificis ad Status Imperii.
- 28. Pontificis assentiuntur Calviniani. n. 29. 30.
- 31. Verior est negativa opinio. n. 33. 34.
- 32. Quid de hac questione senserit Lutherus.
- 35. Hac sententia iustior est conscientis.
- 36. Explicatio l. Mini. haos l. Ariani l. quicung; C. de hæret. n. 37. 38. 39. 40.
- 41. Hæretici seditiosi aut blasphemii morte puniuntur. n. 42. 43.
- 44. Pœna blasphemie est ultimum supplicium.
- 45. Quo genere ultimi supplicii hæretici seditiosi aut blasphemii in foro Saxonicò puniantur. n. 46. 47.
- 48. Responsa Scabinorum Lipsensium. n. 49.
- 50. Alis præterea adhuc modis Divina læditur Majestas.
- 51. Quomodo puniantur turbatores Sacrorum. n. 52.
- 53. Sententia Scabinorum Lipsensium. n. 54.

Majestas sicuti duplex est, divina scilicet & humana, cap. duo sunt. distinct. 91. Auth. Ga-

zoros C. de hæretic. Nicol. Reusner. libro quarto. de us. 16. numer. 1. Tiber. Decian. in tractat. crim. lib. 7. cap. 1.

AA

cap. 1. n. 2. Ita & Crimen Majestatis duplex perhibetur: *Vnum* quo læditur Majestas humana, quod in specie læsæ majestatis crimen dicitur, de quo dictum *quæst. præced.* Alterum, quod adversus Majestatem Divinam committitur, & vulgò Hæresis appellatur, quod tantò gravius illo haberetur, quantò major Deus est Imperatore, quavis in pluribus æquiparentur. *Her. Gigas in tract. de crim. læs. Majest. lib. 3. sub tit. de plur. & var. qu. 15. Cravett. consil. 6 n. 3.*

2 Nefandum ergò crimen hæreseos est gravissimum atque atrocissimum, quippe quæ non in homines, ut pleraque iniquitas & malitia, sed in auctorem Deum, communemque omnium parentem ac dominum detestabilis & execranda perfidia est. *cap. primum. in pr. 22 q. 2. cap. quid in omnibus 32. quæst. 7. c. quid autem 34 q. 3. c. Janè. 24. q. 2. Capoll. consil. crimin. 11. num. 25. Prosper. Farinac. in præfat. tract. de hæres. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. p. 19. num. 1.* Et fundamentum hoc crimen impedit totius pietatis Christianæ, id est, fidem, sine qua impossibile est placere Deo; ut ait D. Paul. *ad Hebr. 11.* Ex fide enim justus vivit, *Habac. 2.* Super quam velut firmissimam petram Deus fundavit Ecclesiam, & nos fundandi sumus, ut inquit D. Paul. *ad Hebr. 11. & ad Coloss. 1.*

3 Quod si quis aliquo prætextu hoc crimen extenuare audeat, is effectum eius detestabilem sagaci studio consideret. Nam Mahumeticum Regnum aliunde non habuit initium, quam ex hæresi & dissensione dogmatum fidei; Ac tempore Arianorum & Manichæorum, aliorumque hæreticorum universus orbis dissipatus, ac in varias disceptus est partes, magnaque incommoda, cædes & ruinas passus est. *Tiber. Decian. dict. capit. 19. numero octavo.* Vnde Romani, ne novæ Religionis in urbem irreperent, neque novi Dei coleretur, summo studio semper curaverunt, sentientes labem hanc paulatim totam Rempublicam conturbare, & nisi gravissimis pœnis inhiberetur, eversum denique, ut auctor est *Livius, lib. 4. & lib. 35. de bello Punico secundo.*

4 Hæresin autem appello pertinacem in articulis fidei errorem. *Wesemb. in parat. ad tit. C. de hæres. numer. 1. Petr. Theodor. in Colleg. Crimin. disp. 5. th. 9.* Neque enim omnis error in articulis fidei hæresis, neque omnes errantes hæretici sunt. Inveniuntur enim inter Ecclesiæ Doctores, qui in interpretandis Scripturis à vero sensu deviant, quos inter hæreticos nequaquam refero, cum donum prophetiæ non sit datum omnibus. *1. Cor. 12. vers. 1. 1. Corinth. 14. vers. 32.* Inveniuntur quoque infirmi, quos à nota hæreseos absolvit Scriptura. *Psal. 32. Proverb. 24. Iacob. 3.* Inveniuntur etiam in occulto prava dogmata foventes, ut Gamaliel ille *Act. 5.* & multi hodiè politici, quos à consortio hæreticorum separat Apostolus. *2. Tim. 2. vers. 18. 2. Petr. 2. vers. 1.* Inveniuntur seducti, aut hæretici ex simplicitate sine malitia aut blasphemia credentes, errorem non propagantes, rectiora judicia audientes; Inveniuntur errore suo non in fundamentum articulorum fidei (quod est Christus cum omni suo merito) incurrentes, *1. Corinth. 3.* qualis erat

Apostolorum error de regno Christi in hoc mundo: Cypriani de rebaptizandis iis, qui baptizati erant ab hæreticis. Inveniuntur Schismatici, qui eodem fundamento retento, scandala turbasque in Ecclesia movent, ut Corinthii, *1. Cor. 2.* Qui omnes in errantium, non etiam hæreticorum catalogorum referri debent.

Solus itaque error non statim hæreticum facit, sed si accedat in eodem perseverans pertinaciâ atque malitia; *1. Cor. 15. vers. 2. c. dixit. 24. q. 3. Vvesembec. d. loco.* unde sacræ litteræ volunt, errantes prius monendos esse, antequam ut hæretici vitentur, excommunicentur, & puniantur. *1. Timoth. 1. vers. 20. 2. Timoth. 2. vers. 25. Tit. 3.* Nec quivis error ad hæresin sufficit, non certè in rebus præcisâ nis, licet etiam quis absurdam opinionem vel mordicus defendat, sed error solum in articulis fidei hæreticum facit. *1. Timoth. 1. vers. 20. 1. 1. C. de Summ. Trinit. cap. 1. extr. eod. titul. cap. ad abolendam. ext. de hæres. Petr. Theodor. dict. disp. 5. th. 9. li. C.* Hinc illi tantum in hoc crimen incidunt, qui cives & indigenæ sunt Ecclesiæ, non item Mahometani, Ethnici, atque Judæi, qui nunquam in Ecclesia fuerunt. *Wesemb. d. loco num. 4.*

Quare hæreticum describit *Job. Affelman. in 7 disp. de hæres. fer. non aufereud. personam intra Ecclesiæ gremium, quæ articulum aliquem fidei sine directè, sive indirectè pertinaciter & malitiosè non sine Ecclesiæ offensivulo oppugnat.* Quam definitionem probat ex *Irenæo, l. 3. cap. 1. Eusebio, lib. 3. cap. 28. Thom. 2. secund. q. 11. art. 2. resp. ad arg. 3. Bellarm. lib. 3. de Roman. Pontif. Coster. in præfat. Enchir.*

Quantò magis ergò hæretici in gremio Ecclesiæ constituti à verâ fide aberrando delinquant, quantoque majus scandalum præbent errori circa fidei articulos pertinaciter inhærendo, eosque malitiosè oppugnando, tanto gravius in ipsos animadvertere debet Magistratus, tantoque diligentius prospicere, ut sincerum divini cultus exercitium vigeat, nec per Pseudoprophetas corrumpatur, vel intervertatur, sed hæreses planè exterminentur. *Job. Gerhard. in loco de Magistratu politico. num. 317. Job. Affelman. in dict. disp. de hæres. ferend. non aufir. th. 12. Balh. Meisner. part. 3. philos. Jobr. sect. 2. cap. 2. quæstion. 6. pag. 902. Wesemb. in parat. C. de hæres. n. 5.* Omni namque cura & studio in id incumbere debet Magistratus, quò veritas religionis & cultus divini sinceritas facta tecta cõservetur, neve peregrinis & erroneis opinionibus doctrinæ cœlestis sinceritas contaminetur. *Gerhard. dict. loco. de Magistr. polit. n. 181.*

Non solum enim Magistratus erga potestatem Ecclesiasticam habere sese debet ut ovis, in quantum fidelis, sed etiam ut custos & patronus, in quantum Magistratus, cui maxime incumbit tueri sacra. Unde Veteres plerique habuerunt Sacerdotii & Regni munera conjunctim, *Petr. Gregor. Tholos. lib. 8. de Republ. cap. 2. numer. 6. Henning. Arnif. in tractat. de exemp. cler. cap. 1. num. 4.* Quo respectu etiam Magistratus politicus Ecclesiasticam habet potestatem, *David. Parvus ad cap. 13. Roman. Henr. Eckard. de ordin. Ecclesiast. & Polit. part. 1. cap. 1.* Vnde

Constan-

Constantinus Imp. ad Episcopos: *Vos estis, inquit Episcopi in Ecclesiâ, Ego extra Ecclesiam seu tempium Episcopus à Deo sum constitutus. Euseb. lib. 4. cap. 24.*

11 Adeoque sicut Magistratus circa bonum civile subditorum debet curare, ut jus vigeat in Republicâ secundum Leges; ita circa bonum spirituale subditorum curare debet, ut pura religio vigeat in Ecclesiâ secundum verbum Dei. *Christoph. Besold. lib. 1. polit. cap. 4.* Idque Deus expressè præcipit Regi *Deut. 17. vers. 18. Cum sedebit super solium Regni sui describet sibi Deuteronomium Legis suis in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leviticis tribus, & habebit secum, legens illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt.* Et *Ios. cap. 1. vers. 8. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, ut custodias & facias omnia, quæ scripta sunt in eo, quia tunc prosperam facies viam tuam, & prudenter ages.* Idemque docet exemplum Ioluz, qui Israelitas circumcidens curavit, *Ios. 5.* Legem Dei populo promulgavit, *Ios. 8.* Fœdus cum Deo renovavit, *Ios. 24.* Davidis, qui tabernaculi ministeria disposuit, *1. Par. 23.* Levitas, Curatores, lanitores constituit, *1. Par. 26.* Arcam eduxit, *2. Reg. 6.* Regis Ezechia, qui aneum serpentem contrivit, *2. Reg. 18.* Sacerdotes templum repurgare iussit, *2. Par. 29.* Aliorumque Romanorum Imper. Grat. Valent. & Theodosii in *l. 1. C. de Summ. Trinit. Martiani in l. 4. C. eodem titul. Imp. Leonis in Novella sua 15 & 17. Imp. Justiniani in Novell. 123. cap. 32. Novell. 137. cap. 6. David. Par. dict. loco.*

12 Hinc Autor Consilii editi Anno 1538. *rote es vmb die Kirchengüter geschaffen/vnnd wie mit denselben vmbgangen werden solle/ artic. 4. inquit: Es erfordert auch das Götliche Recht/ daß die Obrigkeit/ was zur Religion gehöret/ zum ersten vnd besten versee: Et postea artic. 5. In der Natur vnnd in dem Wesen der rechten Obervverwaltung ist/ daß die Religion für allen/ vnd was zu deren gehöret/mit bestellet/ vnnd versehen werde. Weil dann gedachte Obrigkeit im Reich die Obervverwaltung haben/ So haben sie auch das Recht/die Religion vnnd was darzu gehöret/Christlich zu bestellen/vnnd zu versehen/wie dann die Religion publici juris. vnd soll die Käyß. Manest dabey handhaben/vnd ihnen in deme allerdinges keinen Eintrag thun/ so lange sich nicht erfindet/ daß sie die Religion vnrecht verwalten/*

13 &c. Hocque est quod vulgò dicimus: Magistratui à Deo commendatam esse curam & custodiam totius legis, seu utriusque tabulæ, quarum prior circa Spirituale, posterior circa Civile bonum Ecclesiæ versatur, quod fundatur in expresso Dei mandato, *Deuter. 17. & Ios. 1. David. Parvus ad cap. 13. Roman. dub. 5. præcogn. 2.* Eoque modo Reges Francorum ad coercendum & refrenandum abusus Religionis, & supergressiones Ecclesiasticorum, ipsorum Pontificum Romanorum jam supra annos plus quam mille, multas leges sanciverunt & edicta. *Molin. de Monarch. Franc. num. 99. & numer. 139. Estienne Pasquier. 3. de Recherches cap. 27. Christoph. Besold. de*

appellat. capit. 4. numer. 13. Vid. Thuan. lib. 16. fol. 735.

Et unde Ecclesiæ Romanæ à doctrinâ Apostolicâ Apostasia, nisi hinc orta est; quòd Principes occupati aliis negotiis, curam Religionis solis Episcopis, Episcopi Suffraganeis, Suffraganei Monachis & Sophistis reliquerunt? Vnde Pontificis & Episcoporum in immensum excrevit potentia, ut jam ipsis Monarchis sit formidabilis? Nisi, quia exclusis à Religionis cura Principibus suum esse de Religione & fide Ecclesiæ in solidum disponere, Principum esse, decretis Episcoporum citra hæsitacionem obtemperare omnibus persuaserunt. *David. Par. dict. loco.*

15 Laudabiliter itaque Justinianus Imp. ait, se nihilo minorem Ecclesiæ curam habere, quam vitæ. *Novell. 3. in fin.* Eoque modo accipienda sunt verba Gregorii V. in *c. in die. de consecrat. dist. 5.* ubi inquit: Regimen Romanæ Ecclesiæ concessum Teutonicis, ut nempe secundum Isidorum Principes seculi cognoscant, se Deo reddituros rationem propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt; nam siue solvatur pax Ecclesiæ, ille ab eis rationem, exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit. *c. Principes 23. qua. 5. Lupold de Babenberg. de jur. Regn. & Imp. Roman. c. 8.*

16 Hinc Anno Christi 1520. ad Carolum V. Imperatorem B. Lutherus scribit sese confugere ad supremum Magistratum, tanquam ad aram prælidiumque, orans ut doctrinæ Christianæ tutelam suscipiat, idque sese facere exemplo Athanasii. *Sleidan. libra secundo comm.* Et postea ad Fridericum Saxon. ducem refert, vehementer sibi gratum esse, quòd Cæsar huius causæ, quæ publica sit cognitionem recipiat. *Sleidan. lib. 2. pag. 55.* Hocque Imperatoris officium esse, probarunt non solum Protestantes, quando Anno 1532. Legato Pontificio Hugoni Rangono responderunt: Cùm nondum desiderio Ordinum (de concilio legitimo & libero) satisfecerit, orare sese plurimum, Cæsar det operam, ut legitimè res agatur, nam hoc ipsius esse officium, eique licere legibus. *Sleidan. lib. 8. comm. f. l. 233.* Sed & ipsi Electores vota sua eò dirigunt, ut tal'em eligant, qui Christianus sit, & Caput populo Christiano. *Buxdorff. ad Aur. Bull. conclus. 29. & 30. Quemadmodum etiam vocatur Supremus Ecclesiæ Patronus, Der Obriste Voigt der Christenheit/ Recess. Imper. Comm. August. de Anno 1530. §. nach dem aber der ganzen Christenheit rechter Schutz vnd Schirm/ Recess. Imper. August. de Anno 1518. §. erstlich &c. Ein Obrister Voigt vnd Schirmherr der heiligen Christlichen Kirchen/ Recess. Imper. August. de Anno 36. §. Auff solches vnser gnädiges Erinnern &c. Ideoque Elector Treviricus in Electione Caroli Regis Hispaniarum Anno 1519. *Talem, inquit, R. publica desiderat, qui præter alia constituat & emendet Ecclesia statum.* Idemque Moguntinus Elector prudenter admonuit. *Georg. Sabin. in histor. de Elector. & Coronat. Caroli V. Caspar. Ens. in libello de elect. & inaugurat. Reg. Romanor. cap. 5. Sleidan. lib. 1. comm. fol. 28.**

- 18 Quinimò, vigore Constitutionis Passlaviensis, qua cautum est, ne jurisdictio Ecclesiastica ab Episcopis Pontificiis adversus Augustanæ Confessionis socios exerceretur, jura Episcopalia in Provinciis Statuum Evangelicorū non amplius Episcopis, eorumque officialibus, sed Principibus ac Magistratibus jura territorii habentibus competunt. *Re. eff. Imper. de Anno 1555. §. dantur an d. obberurte beyde Religionen. Verwandte & c. Andr. Knich. de sublim. terr. jur. cap. 3. numer. 232. Zim. de Exception. part. 1. cap. 1. num. 425. Helig. lib. 17. Donell. Encl. at. cap. 10. lit. CC. D. auth. de testam. num. 93. Spring. de pac. Religio. concl. 29. Matth. St. phan. de jurisd. lib. 1. cap. 4. num. 13. & cap. 15. Tob. Paumister. de jurisd. Imper. Roman. lib. 2. cap. 9. num. 8. Ber. h. Zieruz. de Princip. int. ips. dign. prerogat. Quæcumque igitur ad jus Episcopale pertinent, inter quæ haud minimum est cura religionis & cultus divini, quo is ab omni hæresi & falsitate purus conservetur, ea Magistratus Evangelici in suis territoriis ritè exercent. *Job. Gerhard. in loco de Magistratu politico, n. 174.**
- 19 Tantum itaque abest, Magistratum politicum in hæreticos animadvertere non posse, ut potius hoc facere eidem omni jure incumbat, si aliàs officio suo fungi, & cultum divinum factum rectumque conservare velit. Idque tam apud nostrates Theologos, quàm Pontificios, atque Calvinianos minus dubii habet. *Menus. Cels. in tract. de hæret. cap. suppl. n. non punien. sect. 2. pag. 124. Theodor. Cornher. in epit. process. occid. hæret. advers. Lips. & defens. process. Johan. Affelm. in disp. de hæret. se. end. non aufer. h. 12. Balib. Meiner. part. 3. philosoph. sobr. sect. 2. cap. 1. quæst. 6. pag. 902. Baldun. in disp. de hæret. fer. non aufer. Johan. Gerhard. in loco de magistratu politico. num. 20. pag. 1047. Ast, illud controversum est, An hæretici auferendi, vel ut loquimur, capiti pena seu ultimo supplicio afficiendi sint? Id quod uno ferme ore affirmant Pontificii, qui ubera Antichristi sugunt. *Bellarmin. libro tertio de Laicis. cap. 21. Thom. 22. quæst. 16. artic. 18. Gregor. de Valent. tom. 3. disp. 1. quæstio. 11. Ita ut Majerhöferus in speculo predicantium fol. 54. scribere haud verecetur: Das man die Ketzer am Leben straffen soll seyn die Catholischen dermassen verurtheilt / das sie es für einen Glaubens-Artickel halten / referent Gerhard. dicit. loco de Magistratu politico. num. 314. pag. 1043. & Affelman. dicit. disp. de hæret. ferend. non aufer. th. 13.**
- 20 *Q. I. An hæretici ultimo supplicio sint afficiendi?*
- 21 Hinc Petr. Gregor. Tholosan. libri 10. duodecimo. de Repub. cap. 4. sect. 10. inquit, si Hæretici contemptis Ecclesiasticis censuris noluerint ad Ecclesia gremium redire, cum gladio spirituali temporalis est jungendus juxta cap. quando vult Divi. & seqq. 23. quæst. 4. Sic Elias & Iehu occiderunt Pseudopphetas. Et Lips. lib. 4. polit. 1. scribit: Serio serio hoc imlibite, nihil esse in rebus humanis religione præstantius, eamq. summâ vi debere defendi: Pun. as igitur, si quis turbat, Clementia hic non est locus, u. e. seca, ut membrum potius aliquod, quàm totum corpus intreat.
- 22 Idemque tot annorum consilia sanguine concepta, sanguine scripta, & tanquam impurus partus sanguine edita & commaculata comprobant. *Affelm. dicit. disp. th. 13. Nec non inquisitio Hispanica & Historiæ rerum in Gallia, Belgio, Anglia, Germania, aliisq. Regnis & Provinciis superiori seculo gestarum, docent ac luculenter demonstrant. Quas legens inveniet in sola Gallia intra duorum & viginti annorum spacium, initio scilicet sumpto ab anno 1562. usque ad Annum 84. quadraginta centum millia varis pœnis & bellorum turbinibus absumpta. Simon Stenius in Respon. ad polog. Jacob. Grei. de vita Ignaty Lojola lib. 2. cap. 6.*
- Expendatur Laniena Lutetiana Anno 72. in Gallis instituta, in qua referente *Dinotho lib. 5. hist. Gall. p. 341.* tribus diebus supra decem millia hominum omnis ætatis, sextus, & conditionis Parisiis fuere cæsa, ac tanta fuit sanguinis effusio, ut per multa urbis loca rivulorum instat distulueret. Imò plus sanguinis quàm vini in nuptiis illis effusum fuisse, ajunt Parisienses. Nec morte Caspavis Colignii hæc Tragedia finita, verum rabies ea in alias quoq. Civitates & Academias irruit, ubi multi Heroes femina & pueri interfecti. Bituriginib. etiam occisus magnus ille JCtus Corasus, quod idem evenisset Donello & Hottone anno, si non discipulorum suorum ope & periculo erepti fuissent. *Thuan. lib. 5. 1. b. stor. Camerar. lib. 1. med. histor. ca. 83. Ruciel des choses memor. bl. fo. 125. Francisc. Achill. de Princip. interprov. Eur. p. part. 233. & seqq. Aukt. des wachts frühe auff den Franckosen vnd anderen Benachbarten Et quanta hæc fuerit Laniena, vel ex solâ confessione constat Cruciatii, artificis cujusdam, quem sæpius cum horrore se vidisse & audivisse immani velaniâ jactantem, cum nudum brachiū exerceret, hoc se quadringentos amplius homines in illâ macellæ Laniena, refert *Thuan. dicit. lo. o.**
- De hisce Carnificinis Gallicanis, scribit Max. mil. II. Imperator: *Quid attinet ad prælarum illud facinus quod Galliarum Admiralis ejusq. Jois rannide perpetrarunt, equidem id minime probare possum, magnoq. cum dolore animi intellexi, Generum meum sibi persuaderi passum esse tam factam Lanienam in Epistola ad Lazarum Schvwendt, quæ habetur tom. 2. Const. Goldast ad fin.*
- Nec solum Gallia, sed & Germania tyrannidem hanc Pontificiorum experta est. Expendantur, si libeat, facinora Ferdinandi Alvarez Ducis Albani, in Belgio perpetrata, qui ipse met confessus est, quod paucis illis annis, quibus Belgio præfuit, octodecim millia hominum utriusque sexus clanculum & palam furialibus carnificinis sustulisset, nec tamen isto rigore Patribus inquisitionis satisfecisset. *Matteran. de bello Belgico.*
- Ejusdem cantilenæ fuerunt literæ Papæ Adriani, Anno 22. sub exitum Novembr. ad Imperii Ordines Norinbergæ congregatos, scriptæ in hunc modum: Quia hic morbus non possit lenibus medicamentis curari, veniendum necessario ad vehementiora: Ejus rei non unum extaret testimonium & exemplum in Scripturis, & Majores ipsorum in Concilio Constantiensi rationem hanc secutos, in Hussium & Pragensem ipsorum

ipforum merito vindicasse, ipsos etiam hanc illorum virtutem imitari debere. *Sleidan. libr. 3. comm.* Complacuit hoc ipsum Cardinali Farnesio, qui ex Italiâ ad bellum Schmalcaldicum in Germaniam proficiscens dixit: se tantam daturum stragem per Alemanniam, ut in Lutheranorum cruore vel ipsius equus natere possit. *Sleidan. lib. 17. comm.*

28 Hanc Pontificiorum tyrannidem non improbant Calviniani. Hi enim, quando liberi fruuntur aurâ, & præsidio potentiorum sese tutos esse animadvertunt, in hæc tyrannicas voces erumpunt: Hæreticos esse occidendos. *B. 74 vol. 1. fol. 153. & seqq. Bucan. loco 49. quest. 34. Danæus in Ethica Christiana. libr. 3. cap. 13. fol. 159. Francisc. Jun. in defens. 2. de S. Trinitate p. 4. Quin Lucas Osiander in responso ad Apolog. Heidelbergens. dixit: quondam Ecclesiasten Calvinisticum quendam, testis est: Si Romanus Imperator foret, se omnes interfecturum, qui suam religionem non amplecterentur. p. 64. & 65. referente Joh. Affelmanno in disp. de hæret. ferend. non aufer. th. 14.*

29 Ut non omnino injustè Bellarm. scripserit *lib. 3. de Roman. Pontif. cap. 7.* inquisitionem hæreticorum Papisticam apud Calvinianos non persecutionem, sed bellum civile potius appellari posse, siquidem juxta doctrinam Augustini *Epist. 80. ad Hesychium*, in persecutione Antichristi solis Ecclesiæ filii futura sit tribulatio, non autem eorum persecutoribus. Nec immeritò *Costerus in Apolog. cont. Gomar. part. 3. fol. 548.* Calvinianis objicit, quòd frustra conquerantur de tyrannide Pontificiorum, cum ipsimet censeant, Pontificios esse occidendos, quorum non paucos religionis gratiâ occiderunt. Vid. *Johan. Gerhard. in loco de Magistr. polit. num. 316. p. 1046.*

30 Hæc; sententia est Calvinianorum & Pontificiorum. Sed quid ad hoc Evangelici Orthodoxi? Hi certè mitiores unanimiter sentiunt ex sacris literis, hæreticos prius placidè admonendos esse, quod si non resipuerint, vitandos & excommunicandos, ne bonos inficiant, sed veretundie pudore suffusi resipiscant, & ad cætera membra, quibus abscessi erant applicentur. Quod si adhuc dogmata sua pertinaciter retineant, aliosq; doceant, exilio plectendos, nequaquam verò ultimo supplicio afficiendos esse. *Johan. Gerhard. in loco de magistr. polit. numer. 317 & seqq. Balduin. in disp. de hæret. ferend. non auferend. Balib. Meisner. libr. 4. de legib. sect. 1. quest. 19. & part. 3. philos. sobr. sect. 2. cap. 2. quest. 6. Joh. Affelm. in disp. de hæret. ferend. non auferend. Henr. Eckard. de ordin. Ecclesiast. & polit. part. 3. question. 4. Brentius & alii complures, quos allegat Minus Cels. in tr. de hæret. cap. suppl. non pun. Hinc Wolffg. Musc. in Locu. p. 1329. scribit: Christianus Magistratus animadvertit quidem in hæreticos, verum sic moderatè, ut sint, qui resipiscere possint. Non patitur, ut de fide doceant, nec permittit, ut Ecclesiis colligant, Episcopos ordinent. Alios privât honoribus, alios adimit civitatis communionem, alios proscribit, alios multâ pecuniariâ punit, quod Augustini temporibus factum esse legitimus; ipsos impostores ac seducto-*

res, ne illi, postquam incorrigibiles apparent, ultra quemquam seducant, carceribus inclusos tandem coercet ac detinet, donec in se reversi resipiscant. S. o. coercendi sunt, qui cogi se ad bonum non sustinent.

Idemque sensisse *B. Lutherum*, ex ipsius scriptis manifestò apparet, quando inquit, *tom. 2. Jenens. german. fol. 180.* Welliche Obrigkeit soll zufrieden seyn / vnd ihres dinges warten, vnd lassen glauben sonst oder so wie man kan vnd will / vnd niemand mit Gewalt dringen / dann es ist ein frey Werck vmb den Glauben / darzu man nit mand soll zwingen / ja es ist ein Göttlich Werck im Geist / geschweige dann / daß es äußerliche Gewalt solte erzwingen / fol. 348. Es steht in der *Legenda S. Johannis* / Non placent Deo coacta servitia; vnd wann schon das dieselbe *Legenda* nicht sagete / so halten es doch alle Schrifften in sich. *Tom. 4. Jenens. germ. fol. 408.* Man soll ja einet jeden glauben lassen was er wolle: Glaubt er vnrecht / o hat er gnug Straffe am ewigen Feuer in der Hölle / warumb will man sie dann zeitlich martern / so fern sie am Glauben irren / vnd nicht daneben außführtsch / oder sonsten der Obrigkeit widerstehen. Mit der Schrifte vnd Gottes Wort soll man ihnen wehren vnd widerstreben / mit Feuer wird man wenig ansprechen. *Tom. 7. fol. 144.* Es ist nicht Evangelisch noch Christlich mit Verfolgung wieder die Ketzer zu sechten / &c. Nihil enim absurdius, quàm fidem in ani-

ma, quæ spiritus est, cogere velle; cum assensus qui fidei pars est, sit actus à voluntate elicitus. *Quis enim mihi imponat necessitatem*, inquit *Lactant. vel credendi quod nolim; vel quod velim, non credendi; nihil tam voluntarium, quàm Religio in quâ si animus aversus, iam sublata, iam nulla est*, *lib. 5. quinto Div. Instit. cap. 19.* Idque *Henricus III. Gallia Rex* qui per totam vitam Evangelicam Religionem armis oppugnauerat, in extremo mortis articulo confiteri coactus est, hisce verbis: *Aprenez de moy, que la pierre est un devoir de l'homme envers dieu, sur le quel le bras de la chair n'a point de puissance. Pierre Matthieu en l'histoire de dern. troubl. lib. 5. fol. 193.*

Cum quo convenit *Maximil. II. Imper. in Epist. ad Lazarum Schrvendi tom. 1. Constit. Goldast. ad fin.* Es ist in der Wahrheit nicht anders / als ihr vernünfftig schreibet / daß Religions. Sachen mit dem Schwerte nicht wollen gehandelt vnd gerichtet werden / kein anderer Gottesfürchtiger vnd Friedliebender wird es auch anders sagen / &c. Et alibi: *Eorum actiones, qui suppliciorum crudelitate; sectionibus & usionibus hanc rem confici posse defendunt, mihi minimè placent, nec unquam adducar, ut eas laudem, nisi forte, quod tamen serio deprecabor ne fiat; Deus permittat, ut in furorem & insaniam prolabar, in Epist. de sedit. Belgic. Violentis namque mediis animi subditorum ab illâ religione, ad quam coguntur, magis abalienantur & irritantur, occasio datur cædibus, & tranquillitas Reipublicæ turbatur, quod multis exemplis probat Petr. Gregor. Tholos. libro duodecimo de Republ. cap. 5. numer. 12. Vid. Alber. Gentil. de jur. bell. libro primo. cap. 9. & 10. Herm. Kirchner. disp. polit. 6. th. 2. lit. C. Her. Bocer.*

de bello & duello lib. 1. cap. 6. n. 18. & 19. Keckerm. in polit. libr. 1. cap. fin. Lazar. Schwend. in consil. ad Maxim. II. von Regierung des Römischen Reichs Sleidan. lib. 21. comm. pag. 647. Thuan. lib. 79. histor. pag. 178.

35 Quæ certè sententia conscientis tutor est, & sacris literis magis consonat, 1. Corinth. 11. vers. 17. Galat. 5. v. 9. 1. Timoth. 6. v. 3. & seq. 2. Timoth. 2. v. 2. 2. Petr. 2. v. 1. ubi de hæreticis agitur, & nullibi tamen eos carnali gladio puniendos esse probatur. Sic etiam apparet ex *Matthæi cap. 13. v. 28.* Deo neutiquam placere zizania (quibus falsi Doctores significantur) in agro suo inter triticum (quo intelliguntur veram doctrinam amplectentes) germinantia evelli (hoc est, morte de terrâ tolli) sed velle potius usque ad messem extremi iudicii tolerari. Quæ aliavè dicta Sacra Scripturæ, ut & testimonia Patrum pro confirmandâ hâc assertionem, refutatis simul argumentis iis, quæ à Bellarmino, aliisque Pontificiis in contrarium proferuntur, latè adducunt, & eruditè ac perspicuè explicant nostrates Theologi, in primis Reverend. Dn. *Johan. Gerhardus in loco Theolog. de Magistr. polit. n. 318. pag. 1048. & seq. Balth. Meisner. part. 3. philosoph. sobr. sect. 2. cap. 2. quæst. 6. & de legib. lib. 4. sect. 1. quæst. 19. Iob. Affelman. in disp. de hæret. ferend. non aufer. Henr. Eckhard. de ordin. Ecclesiast. & polit. part. 3. qu. 4. Frid. Balduin. in disp. de hæret. Arnold. in disput. de hæret. Urban. Reg. in Enchirid. Princip. D. Luther. de sublim. mun. potest. Minus Celsus in tract. de hæret. cap. suppl. non puni. Vid. quoq; Theodor. Cornbert. in epitom. process. occid. hæret. adversus Lips. & in defens. process.*

36 Neque alia mens fuit Imp. Romanis, Quamvis enim Theodosius, Valentinianus, Martianus, & alii leges tulerint in hæreticos quibus eos interdum aliquot librâ auro, interdum omnibus bonis, interdum exilio & verbis, interdum ultimo supplicio mulctari voluerint, ut patet ex *1. Manichæos. l. Ariani. l. quicunq;. C. de hæret.* Attamen ultimum supplicium ibidem non de amissione vitæ, sed de deportatione, (quæ & ipsa ultimum ac capitale supplicium dicitur in *l. fin. C. de executor. & ex. act. libr. 12.*) accipi debere, existimat *Matth. Vvesemb. in parat. ad tit. C. de hæret. num. 6. Tum,* quòd in pœnalibus mitiorem sequi debeamus sententiam, *l. pen. ff. de pœn. l. semper. in obscuris. ff. de reg. jur. Tum,* quòd etiam deportatio dicatur diserte capitale supplicium in *l. 28. in pr. ff. de pœn. l. 2. de publ. judic. l. 103. ff. de verb. signif. l. 13. ff. de bon. possess.*

38 Arbitrantur alii, quòd Imperatores isti bellorum tumultibus, & Regnorum mutationibus impliciti, non semper rectam Ecclesiæ gubernandæ rationem observare potuerint; Et cum sacrarum literarum essent ignari, Episcopis in omnibus fidem habuerint, qui cum essent ambitione turgidi, & aliorum sanguine famam sibi quærerent, factum esse, ut Imperatoribus modum illicitum propagandæ Ecclesiæ persuaderent. *Balth. Meisner. dict. l. b. 4. de legib. qu. 19. pag. 366. Iob. Affelman. dict. disput. de hæret. ferend. non aufer. th. 75.*

39 Quamvis & dici possit, sæpius in terrorem pro-

mulgari decreta duriora, quæ tamen executioni non tradantur, sicuti factum in *Lege 12. tabb. de secando corpore debitoris oberati, ut est apud Gellium lib. 20. Noct. Atticar. c. 1.* Pari modo Sectis crescentibus, graviora supplicia quidem denunciata, attamè in actum non fuerunt deducta. Veluti de Theodosio expressè scribit *Sozom. lib. 7. c. 12.* quòd graviora supplicia adjecerit, sed non executus fuerit.

Ausim & hoc dicere, prædictas scilicet leges non universaliter & illimitate accipiendas esse de quibusvis hæreticis, ex sola etiam infirmitate errantibus, sed potius de blasphemis & talibus, quales fuerunt Donatistæ, qui turbas excitant, & ipsi in dissentientes sævierunt: Quos è medio tollendos esse, nemo facillè negabit.

Etenim Lector amatissime, quæ hæctenus ex mente nostratium Theologorum ac Politicorum de hæreticis, eos scilicet capitali supplicio afficiendos non esse, prolata fuere, illa solummodo dicta arbitror de hæreticis, ut hæreticis, id est, de iis, qui ipsimet in articulis fidei errant, & errorem pertinaciter defendunt, quandoque etiam hæreses spargunt, & alios seducunt, absque seditione tamen aut blasphemiâ. Quod si verò hæretici aut facinorosi & seditiosi, pacis publicæ & civilis violatores existant, alios ad seditionem commoventes, vel si sint blasphemii, qui absque fronte & manifestis verbis Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum blasphemant; His capitis pœnam seu ultimum supplicium decerni, nulla prohibet religio.

Et in hoc ferè conveniunt omnes. *Dn. Johan. Gerh. d. Affinis meus colendus, in loco de Magistr. polit. n. 317. pag. 1047. vers. Nec questio est de seditiosis & blasphemis & c. Balth. Meisner part. 3. philosoph. sobr. sect. 2. cap. 2. quæst. 6. pag. 409. Iob. Affelman. in disput. de hæret. ferend. non aufer. th. 12. Matth. Coler part. 1. decis. 177.* Et sic Bernæ de Valentino Gentili, Genevæ de Serveto non tam ut sectario quodam, quàm ut de monstro ex mera impietate, horrendisque blasphemis conflato, quibus totos annos 30. tum voce, tum scripto, cælum ac terram infecerat, supplicium fuit sumptum, si credendum Bezae in *vita Calvinii vol. 3. fol. 377.*

Nec mirum hoc alii videbitur, cum seditiosis auctor non modò vim publicam, sed & crimen læsæ Majestatis, cujus pœna est ultimum supplicium, committat *l. 1. § 1. ff. ad Leg. Jul. Majest. Bajard. ad Jul. Cl. in præd. §. læsæ majestatis, num. 2. vers. si quis convocet. 6. & vers. committitur 10. Mynsinger. respons. 44. n. 2. vers. vel dolo malo. Egid. Boss. in tit. de crim. læsæ majest. num. 17. vers. sed potius. Hieron. Gigas. de crimin. læsæ majest. libr. 1. rubr. qual. & à quib. crim. læsæ majest. comm. quæst. 44. num. 1. & 2. Iodoc. Damhouder. in præd. crim. cap. 62. num. 2. & cap. 63. num. 10. Foller. in præd. in verb. item quod commisit crimen læsæ majest. n. 11. Sic & blasphemix pœnam esse ultimum supplicium, constat ex *Ordin. Crimin. Carol. V. Imp. art. 106. Recess. August. de Anno 1548. tit. 1. Von den Gotteslästerungen §. nemlich so jemandes & seq. Ordin. provinc. Saxon. de Anno 1550. tit. 1. Von Gotteslästern/ sachen vnd schweren. Const. Elect. 1 part. 4.**

Quamvis

45 **Quamvis** autem hoc casu pœna gladii suffi-
cere videatur, per ea quæ de pœna blasphemantium tradit *Dan. Moll. ad Const. Elect. 1. n. 8. part.*
4. Attamen usu ac consuetudine Saxonica obtinuit, ejusmodi hæreticos seditiosos aut blasphemantes igne comburi. De quâ consuetudine testatur *Matth. Coler. part. 1. decis. 177. n. 1.* Vid. quoque *Didac. Covarr. var. resolut. lib. 2. cap. 10. n. 10.* *Grillani. de hæret. quæst. 3. n. 3. Jul. Clar. libr. 5. sent. 9. hæresis. n. 7. & 8. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 2. n. 1.*

46 **Quæ** pœna etiam manifestè exprimitur in *Iur. Saxon. libr. 2. Landrecht artic. 13.* in verb: **Welcher** **Ehrlichen** **Mann** **oder** **Weib** **ungläubig** **ist** **&c.** **die** **sol** **man** **auff** **einer** **Horde** **brennen.** Quibus verbis hæreticos denotari tradit *Gloss. germ. dict. art. 13. in verb. ungläubig.*

47 **Es** secundum hanc consuetudinem veteres Scabinos Anno 1574 & An. 1583. pronunciaffe reperio, quorum sententias verbotenus subjeci.

Quamvis si ejusmodi casus. quo hæreticis simul seditiosus aut blasphemus est, occurreret, judici, ut mitiorem sententiam sequeretur, & pœnam gladii dicitaret, suafor esse velim per ea, quæ tradit *Matth. V. esemb in part adit. C. de her. n. 6. explicans dict. art. 12. lib. 2. Landr. d. apostatis.* Existimo etiam textum istum de Veneficis & incantatoribus exaudiendum esse, qui cultum divinum & fidem Christianam abnegando, Diabolo operam & obsequium pollicentur juxta tradita *supra q. 20. n. 36 & 37.*

48 **Sententia** Veterum Scabinorum hisce formalibus fuerunt concepta: Hat bey dem Churfürsten zu Sachsen vñnd Burggraffen zu Magdeburg/ vnsern gnädigsten Herren/ gedachter E. M. so ewern Anzels gen nach seines Handwercks ein Le. neweber/ sich ausgegeben/ als hätte er durch sonderliche Offenbarung des Geistes Gottes zwene Articuli/ so in vnser Christlichen Religion biß anhero fälschlich gelehret worden/ vñnd darneben eine Schrift übergeben/ darinnen er anfänglichen die Kindertauffe ganz vñnd gar verdammet/ auch Gottlos vñnd lästerlich darvon redet/ also daß er sie eine menschliche erdichtete teuflische Tauffe/ eine Vorfertigung aller Ungerechtigkeit/ eine Wiederzeugung der Wahrheit/ einen Strick des Teufels nennet/ damit er alle/ die getaufft werden/ gefangen führe/ zu aller Ungerechtigkeit/ vñnd Ewiger Verdammniß/ Saget auch ewern Bericht nach ferner/ (welches aber in seiner übergebener Schrift/ darvon ihr vns Copie geschicket/ nicht zu befinden) Er könne vñnd wolle nimmernehr et was von der losen stinckenden Tauffe halten/ vñnd heisset sie ewern fernern Anzeigen nach/ ein Saubade/ mit diesem Anhang/ wann seine beyde Kinder erwachsen/ vñnd zum Verstande kommen/ wolle er sie/ auch sich selbst darvon absolviren lassen/ wolle auch wohl örter finden/ daß sie anders getaufft werden sollen. Gibe er nun in derselben Schrift weiter für/ beruhet auch ewern weisern Bericht nach/ darauff/ die Lehre/ daß drey vnterschiedliche Personen in Göttlichen Wesen seyn/ vñnd ein jegliche insonderheit anzuruffen mit sagen vñnd beten/ sey falsch vñnd vnrecht/ darinnen niemands erhöret werde. Ja es sey vnrecht/ abgöttisch vñnd gottlos/ **G**ott in dreyen vnterschiedlichen Personen anzuruffen/ alles nach fernern Inhalt seiner übergebenen Schrift/ vñnd ewers gethanen Berichtes. Da nun gedachter E. M. Nach Inhalt ewrer Frage allbereite zweyer/ als nemlich durch die *Pradicanten*, alda zu Torgaw erslich/ vñnd dann zum andern mahl/ auch durch die Herren *Theologen*, so newlicher Zeit daselbst

versamlet gewesen/ nicht allein mit Fleiß *examiniert* vñnd verhört/ sondern auch mit mancherley Sprüchen der heiligen Schrift erinnert vnterwiesen/ vñnd vorwarnet worden were/ von seinen Irrthumben vñnd Lästerungen abzustehen/ vñnd sich zu der heiligen Rechgläubigen Kirchen/ vñnd den warhafftigen Verstande des Christlichen Glaubens/ von dem Göttlichen Wesen/ vñnd der heiligen vnzertheilten Dreysfaltigkeit/ auch des heiligen Sacraments der Tauffe zuwenden/ vñnd zubekehren. So würde er nunmehr noch Einsten/ vñnd also zum dritten mahl gleicher Gestalt/ wie jetzt gemeldet/ auß Gottes Wort vnterrichtet vñnd vermahnet/ vñnd da er nun hierüber auff obgemeldtem seinem Irrthumb/ vñnd sonderlich als solten nicht vnterschiedliche drey Personen in den Göttlichen Wesen seyn/ ohne einige Bekehrung halbstarrig bestehen vñnd beruhen würde: So wolte alsdann der geistlichen Obrigkeit in allewege obliegen/ etliche Gottesfürchtige/ gelehrte vñnd erfahrene *Theologen* vñnd Männer zuversamen/ auch mit Rath vñnd Hülffe derselben gebährlich vñnd ordentlich wieder ihn zuversahren/ vñnd alsdann auch solchen gehaltenen ordentlichen *process* über obgedachtem seinem Irrthumb rechtlich zuerkennen/ vñnd zuerklären/ ob er für einen Kezer zu achten oder nicht/ vñnd da er dergestalt/ wie 150 gemeldet/ vor einen Kezer erklöret/ Alsdann vñnd auff den Fall würde er der weltlichen Obrigkeit peinlich zu straffen billig überwieset. Da er nun ferner auff obberührten seinem Irrthumb (als nemlich auff verdammung vñnd Lästerung des heiligen Sacraments der Kinder Tauffe/ sonderlich aber/ daß nicht drey vnterschiedliche Personẽ seyn solten/ in den Göttlichen Wesen/ vñnd daß solche Lehre/ daß drey vnterschiedliche Personen in Göttlichen Wesen seyn/ vñnd ein jegliche insonderheit mit singen/ vñnd beten anzuruffen/ falsch/ vnrecht/ abgöttisch/ vñnd gottlos seyn solte/ Inmassen beyder Articuli halber in seiner übergebenen Schrift/ vñnd in einem vns gethanen Bericht/ nach der Länge ferner gemeldet/ welches alles ihme mit Fleiß wiederumb billig fürgehalten wird/ vor Gericht freywillig verharren/ oder des sonstigen wie recht überwieset/ auch seine Wahnsichtigkeit/ oder Vernechtung der Vernunft an ihme gespüret/ oder vermöcket würde/ auff dem Fall möchte er von wegen solcher seiner gefasteten Halbstarrigkeit/ legerischen Irrthumb vñnd Lästerungen/ vermöge der Rechte vñnd üblichen gemeinen Gebrauch nach/ mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft werden/ vñnd würden darüber auch seine Güter von der hohen weltlichen Obrigkeit billig publiciret vñnd eingezogen. *R. W. Ad consultationem Ambrosii Franckens. Quaestoris Torgensis M. Julio, Anno 1574.*

Altera sententia hæc est: **H.** D. hie bevor vor 9 Jahren 49 zweier/ vñnd 150 zum dritten mahl nach fleißigem Vnterrichte der Geistlichen auß Gottes Wort/ die heilige Dreysfaltigkeit/ das heilige Verdienst vnser Erlösers vñnd Seligmachers des Herren **Jesu Christi**/ vñnd daß er Gottes Sohn sey/ desgleichen die Erschaffung der Welt/ die Auferstehung der Todten/ vñnd alle andere Articuli des Christlichen Glaubens verleugnet/ vñnd sich auß der Bibel vñnd mit Gottes Wort nicht vnterrichten lassen/ noch von den Zehen Gebotten Gottes/ dem heiligen Evangelio/ dem Ehe/ vñnd Weltlichen Obrigkeit Stande et was halten wöllen/ sondern davon spöttelichen/ vorächtlichen/ vñnd Gotteslästerlichen geredet/ nach fernern Inhalt seiner gethanen Aussage etc. Ob nun wohl in überstandten *acten* vormeldet wird/ daß die *Pradicanten* mit ihme deswegen allbereite Gespräch gehalten/ vñnd ihn mit trewen Fleiß vermahnet/ von seinem gefasteten Irrthumb abzustehen: Dieweil aber dennoch solches darben nicht zu befinden/ So wird er billig noch Einsten/ oder auch/ da es die Notdurfft erfordert/ zweier durch gemeldte Kirchendiener mit Gottes Wort/ vñnd mit gründlicher Wiederlegung seines Irrthumbes/ fleißig vnterrichtet/ vñnd trewtschen vermahnet/ obberührten seinem Irrthumb zuversahren/ vñnd sich zu der heiligen rechgläubigen Kirchen

chen / vnd dem warhafftigen Verstande des Christlichen Glaubens zuwenden / vnd zukehren: Es wird ihm auch eine geraume Zeit / vnd zum wenigsten auff ein jedes Gespräch 10. Tage Bedenkzeit billig gegeben / vnd mitgeheilet / vnd in mittel in der Kirchen vmb seine Belehrung ernstlich vnd mit Fleiß gebeten / vnd da er über diß alles auff viel gemeldten seinem Irrthumb nochmahls hartnäckig bestehen / vnd verbleiben würde / so wil der Geistlichen Obrigkeit / vermöge vorigen Breuels für allen dingen gebühren / über gedachter seiner Meinung vnd Irrthumb zuerkennen / vnd rechtlich zuerkennen / ober für einen Ketzer zu halten oder nicht: vnd da er dergestalt für einen Ketzer erkläret / auff den Fall würde er auch als der Weltlichen Obrigkeit peinlich zu Straff billig überwiesen. Vnd da er nun ferac auff oberwehnten seinem Ketzerischen Irrthumb / vnd sonderlichen auff Verleugnung der heiligen Dreifaltigkeit / vnd des heiligen Verdienstes des Sohns Gottes / vnd anderer Articuli des Christlichen Glaubens für Gerichte freivollich verharren / oder des sonst wie recht überwiesen / auch keine Wahmütigkeit oder Verückung der Vernunft an ihm gespüret oder vermercket würde: So möchte er des wegen vermöge der gemeinen beschriebenen Käyserlichen Rechte / vnd des hieuvorn gesprochenen Breuels vom Leben zum Tode / vnd den üblichen gemeinen Gebrauch nach / mit dem Feuer gestrafft werden.

B. R. W. Versus Dr. ffurd. Ad consultationem Prælectorum Electoraliū Moguntinorum & Saxoniorum. Mense Octobr. Anno 1583.

50 *Ceterum, Divina Majestas non solum per hæresin læditur, sed aliis quoque modis; veluti blasphemia, prævaricatione, apostasiâ, simoniâ, sortilegio, divinatione, incantatione &c. de quibus Iodoc. Damboudor. in prax. crimin. cap. 61. n. 9. Quibus criminum generibus delinquentes, adversus Divinam Majestatem peccant, & crimen læsæ Majestatis Divinæ committunt.*

51 *Inter quos etiam referri possunt turbatores divinorum, & factorum interpellatores, qui se palam opponendo Concionatoribus, in suggesto contradicentes, Conciones Dei vel alio modo administrationes sacrorum impediunt. Quorum pœna est arbitraria, fustigatio vel relegatio, aut etiam mitior pœna, ut multa pecuniaria, pro ratione scilicet circumstantiarum & qualitate delinquentium. Matth. Coler. par. 1. de c. f. 178. n. 1.*

Quo modo puniuntur turbatores sacrorum?

Veluti hoc casu à Scabinis Lipsensibus Nobili dictata fuit pœna migrationis ex territorio Domini, & venditionis bonorum ibidem situatorum, referente Colero dict. decif. 178. n. 3.

Quinimò turbatores sacrorum quandoque gladio puniri, tradit Bald. in l. si quis in hoc genus cum Auth. sed novo jure C. de Episcop. & Cleric. Concurrentibus nimirum hisce quatuor: 1. Si offendatur persona Ecclesiastica. 2. In loco Ecclesiæ. 3. Eo tempore, quo tractantur divina. 4. Et per hoc divina turbentur. Vno autem ex hisce requisitis deficiente, ad pœnam mortis nequaquam perveniri potest. Matth. Coler. dict. decif. 178. n. 8.

Hinc ob aggressionem & vulnerationem persona Religiosa inter tractatus sacrorum, tam in vobori, quam mandataris & auxiliatoribus fuisse dictatam pœnam gladii à Lipsensibus, ad requisitionem Questoris Vinariensis, Anno 1551. refert Coler. dict. decif. 179. n. 4.

Eandem pœnam dilaverunt S. abini C. VV. qui in templo Pastorem baptizantem infantulum, ligno ingenti percutiendo S. Baptisma turbaverat, hisce formalibus: Würde gedachter C. W. auff dem von seiner wegen gehalten vnd eingebrachten Beländtnuß vor Gerichte freivollich verharren / oder des sonst wie recht überwiesen / als nemblichen: daß als der Priester vnd Caplan / davon in a. u. vnd seinem Beländtnuß gemeldet / in der Kirchen gestanden / vnd ein Kind zu tauffen angefangen / er inquisit einen Jungen mit zwey Pferden vor der Kirchen halten lassen / vnd seine andere Diener vnd Pferde vor die Thor geschicket / vnd in Stieffeln vnd Sporn in die Kirche gangen / vnd einen grossen Prügel gehabt / vnd als er den Caplan mit dem Kinde bey der Tauffe gefunden / hinuntergetreten / denselben mit einer grossen Peitsche auff die Haut gehawen / vnd mit den Prügel niederschlagen / vnd die Tauffe des Kindes verhindert. So würde er von wegen solches in der Kirchen an dem Priester über der Tauffe geüben vnd begangenen frevels vnd Gewalt / vnd Verhinderung vnd turbirung des heiligen Göttlichen Sacraments der Christlichen Tauffe / alles seiner halben beschriebenen Käyserlichen Rechte mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig gestrafft. B. R. W. Ad consultationem Dn. Adolphi, Ducis Norvveg & Holsatie, &c. M. Sept. Anno 1569.

QVÆSTIO XLV.

Quæ sit Blasphemie Pœna?

SVMMARIA.

1. Blasphemia quale sit crimen.
2. De iure Divino pœna blasphemantium est ultimum supplicium.
3. Ut & de iure Civili.
4. Num hæc pœna hodiè in desuetudinem abiit?
5. In Recessibus Imperij varia definiuntur pœna blasphemantium. n. 6. 7. 8.
9. In novissimis Imperij Constitutionibus statuta est pœna mortis aut mutilationis membrorum. numer. 10.
11. Pœna occultantium blasphemias.
12. Negligentia Magistratum in puniendis blasphemis quomodo coerceatur.
13. Quanam pœna in terris Saxonice hodiè obtineat. n. 14.
15. Blasphemia mediata vel immediata in Deum committitur.
19. Quomodo immediata committatur. numer. 17. 18. 19.
20. Quomodo hæc blasphemia puniatur. num. 21. 22. 23. 24.
25. Quodlibet verbum injuriosum in Deum prolatum habetur pro blasphemia. n. 26.